UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Septimvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

Visual Library

ſconditã cupiunt,quo ſecurius tyrannidem ſuã falſo terrore hoĩm ſtabiliant,tandem extrema tyrãnorũ etiã patiantur. Si uero populus huius poteſtatis,& excõmunicatiõis optimã neceſſitatem & ſaluberrimã uim,ac non contra eos,ſed pro eis,ualere,doceret intelligere,minus ipſi periculorũ,& quietiorem obedientiã in populo haberent, quin & gloriã & amorem obtinerent. Igitur,mi fratres in dño,nolite hęc portenta cogitare, Sint officiales uel publicani,huius poteſtatis miniſtri, ſint inq̃ boni,mali,qualeſcunq;,non nocebit poteſtas ipſa uobis,ſed proderit ſemper,ſiue ſit in uſu uel abuſu, tantummodo recte feratis eam,aut cum humilitate euadere ſeu ſolui quærite, Matrem intuemini Eccleſiam, Quid ad te,ſi uirgam ſuã ſuper te ponat per manũ indigni? nihilominus matris tuę dulciſſimę uirga eſt? & quidem ſaluberrima.

SEPTIMVM.

Id potius aduerte,& oculos huc uerte,ut illud magis uel facias,uel omittas,propter q̃d excõmunicaris & flagellaris,q̃ quõ uirgam nõ feras,ſed hui oĩa hæc peruerſiſſima ſunt,nõ quid uelit,ſed qd faciat duntaxat uirga,cõſyderamus. Quis eſt em̃ nunc inter nos, qui tanto timore,timeat deũ offendere(pro quo utiq; ſolo excõmunicamur,ſi iuſte excõmunicamur) quãto ſtudet excõmunicationem uitare uel euadere? Ita fit,ut ſemper pœnas,etiam tã pias & bonas, plus timeamus,q̃ horrendiſſimas culpas, Et ad id proh dolor,cooperãtur, tã minaces & imperioſi huius optimæ poteſtatis miniſtri,rabulæ forenſes.

OCTAVVM.

Excõmunicatio non tm̃ pro fidei cõtumacia,ſed pro quolibet crimine ſcandaloſo debet ferri,patet hoc ex prædictis, ubi Paulus i.Corin.v.& ij.Theſſa.iij.Iubet uitari etiã fornicarios &c.q̃q; magna ſit miſeria,& huius poteſtatis iniuria q̃d pro ſeptima aut octaua parte floreni,qñq; excõmunicentur,relictis interim horribilibus,& ſcãdaloſis criminibus impunitis,efficto ad hanc tyrannidem colorandam,ſatis uafro